

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Vorwort (von 1580)

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

AD LECTOREM.

HABES Commentarium meum, Lector, opinione
 tuâ, & promisso meo fortasse tardius. nec mirum:
 quia serîo opus adgressus, eiusmodi comperi, ut pro-
 perandum in eo mihi fuerit, non festinandum.
 Multa in Annalium libris rara, recondita, &
 paucitate scriptorum eius aui obscura: multa etiam
 ex non vulgatis ritibus & vetustissimo iure hau-
 rienda. Nec dux mihi alius ad hoc iter. Primi, in-
 quam, hanc viam ingredimur, Ferreto, Alciato, Vertranio visam potius
 quàm tritam. Denique scripsi hos Commentarios, non exscripsi: & meo re-
 migio, ut ille ait, rem gessi. Correctiones aliquot veteres firmavi, novas
 addidi. neutrum ambitiosè: quia certè peccamus iam nos Critici in hanc
 partem; & ut olim vitijs, sic nunc remedijs laboratur. Quadam etiam
 in alijs scriptoribus passim animadversa: non quia adfectarim, sed quia
 dabant se sub manum. Ut in segete flores quidam internascuntur suâ spon-
 te: sic in his scriptis alieni generis nota. Historia & moribus, cum opus fuit,
 pratuli facem: sed non nisi cum opus. Nam vulgata quadam, & è Dione
 Suetoniôque in loco prompta adspargere, cui rei? Fanaticorum est & eorum
 qui exierunt è potestate, mero meridie accendere lucernam. Et tamen, scio,
 facilia quadam mihi visa, qua obscura alijs. sed quid? iamantè testor me nec
 pueris ista elaborasse: (quid enim ijs cum Tacito?) nec detortis quibusdam
 varisque iudicijs, quibus nusquam liquet aut lucet. Inveni tam fatuum, qui
 rectissimos Taciti locos inverteret, & optimum quemque eius sensum. Bre-
 vitas etiam mea fortasse quibusdam non ad gustum. quid faciam? ita na-
 tura mea & iudicium est: & tractari malo, quàm semel adspici & tangi.
 Aquam maris dulciorem in imo esse aiunt, quàm in summo: sic fortasse
 suaviora tibi ista cum penetraveris. Aut si magis protrita tibi sapiunt &
 vulgata: abi mi homo, non ego cymbalum ad tuas aures. A te serie &
 erudite Lector peto, ut sicubi lapsus sum, aut siquid mihi elapsum; corrigas,
 non culpes. quia reuerà in tanto opere nec unus omnia peruidi, & in qui-
 busdam alludo potius ad sententiam fortasse, quàm tango. Politica non
 attigi. Sive enim peritis, sive imperitis; frustrà. Illi sponte eligere possunt:
 hi nec electis rectè uti. Et audio iam esse, quibus propriè ea cura. Ego quod
 potui, id feci: nec impedio, siquis in eodem Circo curret ad palmam.
 Vale, & si merui, faue Lector. Lugduni Batavorum, Kal. Augustis,
 ∞. 10. LXXX.

AD

ALLO.

ALLO

E



tantus verum,
 & debet asserere
 manarum fuisse
 facito: Iunabit
 mali submittere
 pulos, vada, t
 felicia incepta &
 & fidenter dic
 ret: adeo non
 singula linea do
 & opus sagace
 omnes canes fi
 gent, aut capte
 rectitudine: &
 audiat, & res
 opera meâ dica
 mum huc inter
 me prodiret. G
 idem dedit, et
 nens secessu
 Lugduni in B
 mea in hoc au
 magis, quàm
 te peruenierim
 non displicuisse
 displicuisse: &
 lasse, & in eo
 q: modestos, b